

CAP. 6. *in homine se exserat.* 41
dibundus percipere, audire, videre tā-
gereq; debeo, ea quæ scriptura ut ve-
rissima dictat & narrat. Neq; enim eo
consilio sumus Deus scripturam ma- *Verbum*
nifestavit, ut velut litera mortua in *Dei in*
charta & atramēto cubet, sed ut in fide *nobis vi-*
ac spiritu in nobis animetur, seu ut *vificari*
vulgo loquimur, in succū & sanguinē
nostrum convertatur, succrescatq; &
adolescat in nobis nov⁹, alias & inter-
nus homo. Omnia, inquam, in fide &
spiritu per Christum fieri & adimpleri
in homine par est, quæcunq; scriptura
exterius docet. Ostendamus hoc exē-
plo Caini & Abelis: quorum naturas,
mores & actiones si ad animum revo-
cas, abesse nō potest, quin intelligas e-
am Historiam surrogatis modo in locū
Caini & Abelis, Veteris & Novi homi-
nis nominibus, in te identidem agi &
iterari. Quid enim est illa utriusq; si-
multas, quid illæ Caini insidiæ quas A-
belo struit; quid inqvam hęc aliud sūt,
quam assidua lucta Carnis & Spiritus?
quam inimicitia inter semen mulieris
& semen serpentis? Neq; vero dissimi-
lis est ratio cæterarum Historiarum.
Nam per cœleste diluvium carnis cor-
ruptela inundāda submergendaq; est,
justus

AP. 6.
firmā
ia spe
tem.
sensi.
uātis.
bſcō.
plu.

PER
ere.

intr

ova.
nia,
e per
ri &
cō.
m in
luit.
n Dei
rugē
ere.
sta.
ory.
ritu
au.
n.